

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

- I. Ordinatio Episcoporum pertinet ad Patriarchas. Restricta ad Metropolitas in Patriarchatus Constantinopolitani institutione. Antiquis Patriarchis omnium Episcoporum ordinatio competit; ut ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

I. **N**VNC de jure ordinationum trāctandum est; quod Patriarchis adeo competit, singulari quadam privilegio, ut cūm ad honorem Primatus, quo fruebatur Episcopus Constantinopolitanus, facta est auctoritatis illius Patriarchicæ accessio ex Decrēto Concilij Chalcedonensis, saltem Metropolitanorum omnium, qui præterant viginti septem provinciis trium Diocesēs in Thracice, Asiana, & Pontice, ordinationes illi addictæ fūrunt; aut celebrandæ ab ipso Patriarcha in urbe regia, aut ejus mandato in provinciis; ut docet canon xvi. 11. Concilij Chalcedonensis, & Magistratuum interlocutio, quæ extat inter Acta Concilij. Recisa est tunc aliquo paō plena illa, quæ ad Patriarchas spectat, ordinandorum Episcoporum potestas, ut nova auctoritati fovente faciles se præberent provinciarum Metropolitani. Alioqui certum est antiquis illis & majorum gentium Patriarchis ordinationes omnium Episcoporum, non tantum Metropolitanarum, competitisse. Id aperit docet Innocentius primus; qui Alexandro Antiocheno Episcopo, hac de re consultus, ita rescripsit: *Itaque arbitramur, frater carissime, ut sicut Metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic & ceteros non sine permisso conscientiâ tua sinas Episcopos procreari. In quibus hunc modum rectè servabis, ut longè positos literis datis ordinari censes ab his qui nunc eos suotantur ordinant arbitratu. Vicinos autem, si aestimas, ad manus impositionem tue gratiae statuas pervenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipue tuum debent mereri iudicium. Non novum jus aliquod constituit Innocentius, et si Metropolitanos Dicēsis Antiochenas à quasi possessione ordinationum episcopalium depellar; sed jus quæsitum sedi Antiochenas à synodo Nicæna, & temporis injuria quodammodo interversum restitut. Præfatur enim Innocentius, Antiochenam Ecclesiam non super aliquam provinciam, sed super Diocēsim suam à Nicæno Concilio constitutam. Vnde sibi argumentum parat ad ordinationes Episcoporum totius Dioceseos, Antiochenas sedi addicendas.*

II. Quod attinet ad Alexandrinum Episcopum; ex synodi epistola patet, omnes Episcopos Ægypti, ejus decreto ordinatos. Sed illustrer erit hujus rei probatio, si testimonia Synesij expendantur. Pentapolitana regio Cyrenensem, urbi Ptolemaïdi suberat, ut totius provinciæ metropoli. Metropolitanam illam Ecclesiam Synesius obtinebat, & jure suo provincialium

Episcoporum curam gerebat, adeo ut & in eorum mores & ordinationum virtus inquireret. Ius tamen constituendorum Episcoporum sua provinciæ non sibi arrogat, sed Alexandrinæ sedi ex antiquis moribus, ea tamen lege, ut ordinandus Episcopus suffragio Cleri & populi electus, à Metropolitanano primū sit approbatus, deinde Alexandrinī Episcopi decreto manus impositionem suscipiat. Vnde patet summa Episcopi Alexandrinī auctoritas; ita tamen, contrà quām plerisque videatur, ut Metropolitanus dignitas non sit omnino neglecta, cui sollicitudo totius provinciæ immineat; adeo ut & synodus provinciæ cogere possit, quemadmodum à Synesio factum sappissime; et si omnia majoris momenti ad Patriarcham sint referenda. Quæ dixi, perspecta erunt è duobus Synesij locis. Alter est de Palæbisca in Pentapolitana provincia Episcopo: *Quamobrem unum illum & solum Palæbisca Episcopum creatum, sed neque legitimum, contra jura verò omnia, quantum de senioribus accepi, cum neque sit Alexandria constitutas, neque à tribus hic ut maximè ordinandi signum datum. Alter est de Olbiatis Episcopo in Pentapoli; cuius electionem Synesius suffragio suo probavit, sed decreto Theophilii Alexandrinī eam confirmari necesse esse docet: Meo quoque illum suffragio renuntio; ac pergratum quidem mihi erit, si illum in episcopatu collegam & socium habauerim. Vnum adhuc supereft, sacra tua feliciter manus. Hoc uno Olbiatis opus est, mihi verò precibus.*

Synesius ep. 67. ad Theophili.

Synes. ep. 67. ad Theophil.

III. Sanè ex comparatione Alexandriæ & Antiochenæ sedis cum Ecclesia Romana, (qua imita est, ut initio monui, in iis quæ ad jura Patriarchica pertinent) nulli dubium esse poterit quin Episcoporum ordinationes, non solum in provincia Romana, quo jure quamplures Metropolitanani poriebantur, sed etiam in vicinis quibusdam provinciis obtineret. De provinciis Vrbicariis, id est, de provinciis illis decem quæ Vicario urbis parebant, & per Campaniam, Brutios, Apuliam, Calabriam, ad Siciliam usque protendebantur, non est aliquis dubitandi locus. Ut enim Dicēsis Orientalis addicta fuit Antiocheno Episcopo à Nicæna synodo, unde jura ordinationum sequebantur, quemadmodum nos docuit Innocentius; ita etiam Dicēsis Vrbicaria saltem, Vrbis Episcopo concessa fuit à synodo Nicæna, unde etiam ordinationum jura per decem illas provincias constituantur. Hoc etiam alio argumento conficietur, quod nobilioribus ingenii gratum futurum existimo. Veteris disciplinae hoc erat præcipuum

Provincias urba-
carias eas est
quæ Vicario Ur-
bi parebant de-
cisus eruditissime
V. Cl. R. P. Lat.
Strassburg.

Canon x. Con-
cilij Chalcedon-
ici. Art. 16. n. 73. Reg.
Excerpt. in Episcop. 11. 1. 11.

Insc. in Decretis
cap. 41.

Epistola Nicæni
Conc. ad Ale-
xandr. apud Theo-
dor. lib. 1. cap. 9.
Dicitur in episcop. 11. 1. 11.
Excerpt. in Episcop. 11. 1. 11.